



Sammelband von Dina



U. g. 1975



DISPUTATIONIS VII.
libri 3. Institutionum
 DE FIDEIVSSO-
 RVM OBLIGATIONI-
 BUS EORVNDIQVE LEGI-
 TIMIS EXCEPTIOIB.

*Ex titulo 21. d. lib. 3. Inst. & coniu-
 ctis D. C. & N. textibus descripta,*
 ASSERTIONES LEGALES,

QV AS
 DIVINO AFFVLGENTE NVMINE
 P R A E S I D E

Nobilissimo, Clarissimo. Consultissimoq; Viro
 DN. ARNOLDO DE REYGER,
 I. V. D. ET IN ILLVSTRI ACADE-
 MIA SALANA P. Publi.

*Disquirendas proponit, & pro viribus defen-
 dendas suscipit*

MAVRITIVS MVLLERVS
Esfeldensis Fr.

Horâ locoq;e solitis.

I E N A E
Ex typographéo Tobia Steinmanni.
 ANNO MDCCXCV.





LITERATA PRVDENTIA,
spectatâ virtute, multâq; rerum experientia præstantissimis, ac amplissimis viris,

D. N. BASILIO RINCKLE-
VVEN SALTVS TVRINGIACI, AC ARCIS
Dannebergensis præfecto;

E T

D. N. M. IOHANNI GOTZIO,
ESFELDENSIS PRAEFECTVRAB QVAB-
stori dignissimo:

Dominis & Patronis suis meritissimis,

Hanc de fideiussoribus differ-
tatiunculam

I N

*Fidei & obseruantia clientelaris
tesseram officiosè offert
ac defert R.*





Continuatio.

Cum in præcedentibus titulis de principali stipulationum obligatione dictum sit: consequens est, ut & accessoria FIDELIVSSORVM nunc adjungatur.

T H E S I S I.



EST QVÆ FIDEIVSSIO accessoria verborum obligatio, quæ quis ad majorem creditoris securitatem, fidem suam pro reo debendi interponit, eiusque sponsionem suo periculo & præstatione ratam esse

jubet, principali debitore unâ remanente obligato.

In prin. inst. hic. l. stipulationum 5. § satis acceptio. 2. l. si servum. § nunc videndum. 4. ff. de V. O. l. sponsio. 7. ff. de V. S. l. novatione. 4. l. blanditus. 12. l. reos. 23. C. h. t. nostro.

2.

Omnes igitur, qui obligationis capaces, & idonei facultate & facilitate conveniendi sunt, rectè per alios intervenire, ac cuius obligationi accedere possunt.

l. 3. qui satisfacere. ff. h. t. l. fideiussor. 2. in prin. ff. qui satisfacere cog. §. 1. inst. hic.

3.

Hinc prohibentur quidam tum naturâ tum lege: naturâ ob defectum voluntatis, & imperfectionem mentis, ac intellectus, ad fidei jubendum non admittuntur infantes, furiosi, muti & surdi copulative

A 2 tive



tivè nimia ebrietate obruti, prodigi, quibus
præeunte cognitione bonis interdictum est.

§. 8. & 9. Inst. de inu stip. l. is cui. 16. ibiq; Dd. ff. de V. O. arg.
l. 48. de R. l. Valent. Fran. in tract. de fideius. cap. 2. num. 44.

4.

Quidam verò quamvis consentire & stipulati-
onem contrahere possint, utilitatis tamen gratiâ
propter legis prohibitionem hac obligatione fide-
iussoriâ eximuntur, ut pupillus si sine tutoris auto-
ritate fideiussit, nec inde locupletior factus est, mu-
lier, milites, curiales, clerici, servi extra causam
peculiarem inscio domino fidejubentes.

In prim. inst. de aut. tut. l. quod pupillus 41. de cond. indeb. d. l.
3 qui satisdare ff. hic toto. t. ff. & C. ad S. C. Velleianum. l. curiales.
30. & seq. C. de locat. & conduc. l. de die. 8. §. 1. ff. qui satisdare co-
gantur. c. 1. extra de fideiuss. arg. l. repetita 41. C. de Episcopis &
cler. l. servus. 19. & seq. ff. h. t.

5.

Sunt quoque, qui, licet ab initio ob conditio-
nes quasdam licitè recusantur, si tamen ex partium
conventionem & voluntate dati sint, approbati cen-
sentur, nec tutiori cautioni locus superest, etsi igno-
rantia prætexatur.

d. l. 3. in f. ff. hic. l. si is à quo. 3. §. fin. ut in poss. legat. causa. ar.
l. pupilli. 96. §. soror. 2. ff. de solut. l. inter causas. 26. §. abesse. 2. ff.
mand. l. 19. de R. l. l. 223. ff. de V. S.

6.

In causa autem dotali & criminali tum demum
rectè fideiussores admitti posse videntur, si ad no-
toriam maritus vergat inopiam, & si fideiussoria ob-
ligatio, non ad corporalem, sed pecuniariam pœ-
nam concepta sit.

l. si constante. 24. ff. solut. mat. Myns. in §. in omnibus. inst.
hic. n. 3. Duar. cap. 4. solut. mat. & t. de iure dot. l. 8. §. 5. ff. h. t. l. 3.
& 4. ff.

¶ 4. ff. de custodia reorum. Authent. hodiè C. eodem. l. liber homo.
13. in prin. ff. ad l. Aquil. Iulius Clarus. lib. 5. cent. §. fin. quest. 46. ¶
Dd. communiter, quorum sententia usu receptior, licet contraria iu-
ris textibus satis stringentibus facile fortasse comprobari posset.

7.

Porro ut fideiussio viribus constet, ante omnia necessarium est, alienam subesse aut futuram esse obligationem, licitam atq; possibilem: nec refert naturali tantum vel civili, vel utroq; jure subsistat, principalis vel accessoria, & quocunq; idiomate contracta sit, dummodo uterq; stipulantium linguæ intellectum habeat, sive per se, sive per interpretem.

l. fideiussor. 16. in prin. l. 57. ff. h. t. §. 1. & 3. Inst. hic. l. 8. &
l. 29. ff. hic. Duarenus in com. ad h. titulum cap. 3.

8.

Ad formam præterea constituendæ obligationis fidejussoriæ, olim stipulationis solennitas, actus continuatio, & contrahentium præsentia, requirebatur, & indubio illa solenniter mediante stipulatione, celebrata censebatur: hodiè tamen solennibus illis usu quasi defuetis, fideiussionem etiam per epistolam inter absentes, & pro absente & ignorante perfici posse, minus dubium est.

l. 1. C. de contrahend. empt. §. ult. inst. h. t. l. sciendum. 30. ff. de V. O. d. l. blanditus. 12. d. l. stipulationum. 5. l. 1. §. 1. & ult. ff. de V. O. l. fideiubere 30. ff. hic.

9.

Quod ad fideiussionis effectum attinet, fidejussor ex sua promissione, quæ & in ipsius heredes transitoria est, ex naturâ contractus obligatur ad id, quod ab initio in obligationem fidejussoriam deductum fuit, sive sors sit, sive usura, peræquè ac ipse principalis: in durius autem & plus re, loco,

A 3 tempore,

tempore, & causâ, devinciri nequit, licet se arctius & efficacius. sicut & in minorem partem astringere possit.

l. potest. 4. in f. l. fideiussores 68. §. 1. ff. h. t. l. fideiussor. 10. C. eodem. ubi Donellus. §. 3. & 5. Inst. h. t. d. l. græcè. 8. §. 7. & l. seq. ff. eodem. & Wesenb. in paratit. hic. n. pen. & ult.

10.

Vtrum verò ex mora & culpa rei principalis fidejussor ad usuras accessiones, & interesse quoque teneatur, ex omni parte scrupulo non caret; negamus nisi id expressè cautum sit, aut fidejussor in omnem causam adpromittendo sese obligarit.

l. fideiussores, 68. in prin. & l. fin. ff. hic. l. centum. 8. ff. de eo, quod certo loco dari oporteat, l. quero, 4. in prin. ff. locati. Duaren. in com. hicc. 5. in fin. Cor. lib. 2. Miscell. c. 12. Hart. Pist. lib. 2. quest. 49. num. 5. Dissentit Cuiacius in l. 1. 7. de V. O. & l. centum. 3. de eo, quod certo loco ad Afric.

11.

Ne autem fidejussores ex officio suo humano, & ad conservanda rerum commercia, utili ac pernecessariò in damnum incurrerent, D. Impp. ipsorum onera allevare, ipsisq; indultis quibusdam beneficijs benignè succurrere voluerunt.

Inst. in Novell. 4. ibiq; interpretes.

12.

Hinc, licet jure veteri liberum fuit creditori, vel ipsum promittendi reum, vel ante reum fidejussorem convenire, jure novissimo tamen, quo nunc utimur, ante omnia prius exigendus & usq; ad peram excutiendus est debitor principalis, sin minus, excussionis seu ordinis exceptione, fidejussor adversus creditorem agentem se tueri potest.

l. creditori. 2. l. in re nostro, 5. C. h. t. Auth. presente, C. ibidem. d. Novel. 4. cap. 1.

Quod

Quod quidem excussionis beneficium omnibus, qui alieno nomine intercedunt, conceditur, non modo tum, cum personali actione ex stipulatu, vel mandati conveniantur, sed etiam quando hypothecariâ in rem contra tertium possessionem rei obligatæ agatur, rectèq; in iudicio ad conclusionem causæ usque opponi potest.

Authent. hoc si debitor. C. de pig. Gail lib. 2. obs. 27. n. 7. & ves. li. 1. cons. 10. n. 2. & 11. d. l. fideiussor. 10. C. hic. Gail. in d. obs. 27. n. 3.

Cessat hoc beneficium (ut & reliqua duo) si ei specialiter maximè jurato renunciatum, aut si de jure & facto notorium sit, excussionem esse frustratoriam, & si fideiussor de mendacio convictus fuerit, item in processibus executivis, qui vel ex statuto, vel consuetudine loci, vel conventionem partium, paratam habent executionem, ut & in causis ex æquo & bono dijudicandis, & alijs in casibus, in quibus sine strepitu iudicij remotis solennitatibus secundum veritatem proceditur, ut & tunc si bona rei principalis penes fideiussorem sint.

Mynst. cent. 2. obs. 15. & vesenb. lib. 1. d. cons. 10. & cons. 14 per aliquot numeros. Gail. d. obs. 27. à num. 14. usq; ad fin. Hart. Pist. part. 1. quest. quest. 6. n. 30. Colerus in process. execut. part. 1. cap. 10. & seq.

Quod si verò debitor principalis absens sit, tunc fideiussori petenti, arbitrio iudicis tempus definiri debet, intra quod principalem sistat, quo elapso ipse tenebitur.

d. Novell. 4. cap. 2. & Authent. presente ibiq; Dd. C. h. r.

Sed an etiam is, qui se fideiubendo simul principalem

cipalem debitorem, vulgò Selbstschuldner / constitui-
tuit, excussionis seu ordinis beneficio gaudeat, in-
ter Dd. non levis est concertatio, utrinque multis
juris textibus, rationibus & præjudicijs allatis;
verùm affirmativa in puncto juris verior videtur, nisi
si novandi animo se pro alio soluturum, quis ex-
pressè obligavit.

*Authent. presente. C. hic. ibiq; interpretes. Contius. ad Novell.
4. capt. V. Sponsores. Gail. lib. 2. obs. 28. num. 1. 2. & 4. Zwesenbe. d.
consil. 14. l. b. 1. num. 12. Colerus d. part. 1. cap. 10. n. 255. & seqq.*

17.

Ut autem beneficium excussionis, respectu rei
principalis, ne ante eum fideiussores à creditore
convenientur, ipsis fideiussoribus exceptionem
suppeditat: ita divisionis beneficium inter plures
confideiussores locum habet, quo ritè objecto, cre-
ditor actionem dividere, & à singulis confideiussoribus,
seu constitutæ pecuniæ reis, solvendo existentibus,
ratas & viriles partes exigere cogitur.

*l. non rectè 3. l. fideiussor. 10. C. h. t. §. si plures, inst. hic. l. inter
eos. 51. ff. eodem. l. fin. C. de const. pec. Novel. const. 99. cap. 1. in prin.
ibidemq; Cuiacius, Gail. d. obs. 27, n. 7.*

18.

Cessat ergò hoc divisionis beneficium, si unus
fideiussorum in solidum condemnatus, istud non
petiverit, sed totum solverit, aut si ante divisionem,
tempore nimirum litis contestatæ, vel contestandæ,
aliqui solvendo non fuerint, aut quando alius effi-
caciter obligatus fuerit, alius non.

*d. §. si plures, inst. h. tit. l. inter fideiussores. 26. cum l. seq. & l.
si Titium. 48. ff. hic, §. um alter, 11. l. liberum. 16. C. eodem.*

19.

Quod si nec harum exceptionum objecto,
contra creditorem insultum, se fideiussor sustentare
poterit.

poterit, cedendarum actionum beneficium ei restat, quo ante solutionem à creditoribus actiones sibi, tum contra debitorem principalem, tum contra fideiussorem concedi jure postulat, quas si creditor cedere nolit, aut suâ culpâ non possit, ab agendo utiq; repellitur, nec fidejussor ad solutionem compellitur.

d. l. cum alter. 11. C. de fid. l. fideiussoribus. 17. l. cum is. 36. eod. cum qua non pugnare. L. Modestinus. 76. de solut. demonstrabimus. l. 95. §. pen. eod. tit.

20.

Quatenus verò cessio actionum an in solidum, aut pro virili à creditore fidejussori solventi facienda sit, controvertitur: nos sufficere putamus, si eam cessionem impetret, ut à cæteris fideiussoribus, viriles portiones exigere possit, id quod & in pluribus debendi re:is receptum est.

Hartmannus Pist. part. 1. quest. 48. num. 8. & seq. Wesenbec. in paratit. hic num. 6. & novissimè ac latissimè Francus in allegato tractatu cap. 5. num. 495. & consequentibus.

21.

Quod si confideiussores, facultatibus lapsi, amplius solvendo non fuerint, tunc portionem inopis, aut obligatione exempti non solum cæteri, sed & is, cui solventi actio cessa est, sustinebit.

Hart. Pist. d. quest. num. 11. Dan. Mollerus, lib. 3. Semestrium. cap. 15.

22.

Pæter hæc singularia juris beneficia omnes quoq; exceptiones rei cohærentes, & principali debitori competentes, etiam fideiussoribus utiles sunt.

l. exceptiones. 7. §. 1. ff. de except. l. defensiones. 11. C. eodem. l. ex persona. 32. ff. hic.

21.

Cessis autem à creditore actionibus fideiussor
B solvens

solvens debitorem principalem, mandati vel negotiorum gestorum actione convenire, vel etiam contra pignorum possessores hypothecariam utilem intendere potest, quibus non modo principale debitum, sed omne damnum, interesse, expensas & usuras, etiam solito majores recuperat, nisi pro invito, aut animo donandi aut etiam in alterius perniciem contra bonam fidem & honestatem intercesserit.

l. ex mandato. 20 .l.l. qua fide 53. §. 3. ff. mandati. §. si quid autem. inst. hic. l. si fideiussor. 6. C. eodem. c. 2. extra de fideiuss. Oldendorp. in progymnas. act. for. clas. 4. act. 24. nu. 4. Mollerus lib. 2. Semestr. cap. 4. Vide l. 6. §. 2. et l. 12. §. si adolescens. 1. ff. mandati.

24.

Num verò etiam fideiussor cum multum temporis in fideiussione steterit, & creditorem pro liberatione sollicitè & frustra interpellarit, ante solutionem ad liberationem agere possit, dubitationem recipit? & posse æquius & verius viderur.

Gail. lib. 2. obs. 29. Nicol. Vigelius in meth. obs. Camer. Imper. lib. 3. cap. 25. reg. 4. Franc. in d. tract. cap. 5. sub fin.

25.

Postremò accessoria hæc fideiussorum obligatio tollitur iisdem ferè modis: quibus stipulatio vel contractus principalis, ut solutione principalis debiti, verâ, sive imaginariâ, novatione, præscriptione, successione, & confusione, repræsentatione rei principalis semel facta, latâ jam sententia, & interdum quoque morte naturali & rei interitu.

l. in omnibus. 43. l. solutionis 54. et l. pen. ff. de solut. l. novatione 4. C. de fideiuss. l. fideiussor. 64. ff. eodem. l. qui mutuum. 56. §. 1. ff. mandati l. 2. C. de const. pec. l. generaliter. 5. l. cum reus. 14. l. Lucio 24. ff. hic. Wesenbecius in paratit. num. ult. Franc. in d. tract. cap. ult. circa fin.

Vtrum

Vtrum verò fidejussor ad certum tempus datus, prorogatione termini à creditore incio fidejussore facto, obligationis accessoriae nexu liberetur ex omni parte expeditum non est; Nos, nisi expresse adjecerit, se post lapsum temporis ab initio conventi ulterius obligari nolle, negativam probabilioram putamus.

Mynsing, cent. 6, obs. 53. Colerus part. 1. cap. 10. num. 302. Francus in d. tract. cap. ult. num. 52. cum mult. seq. Mollerus lib. 1. semestr. cap. 17.

PROBLEMAT A.

I.

ET si fidejussoria obligatio ad obstagia novissimis imperialibus & provincialibus constitutionibus propter emergentes abusus & sumptus profusos, abolita sit, debitorem tamen ejusque fidejussorem ex recepta quadam consuetudine efficaciter promittendo se obligare posse, quod si in solutione cesset, certo in loco sese sistere, nec inde antequam creditori satisfactum sit, recedere velit, opinamur.

II.

Fidejussorem dare obligatum pignora substituendo non liberari, juris civilis ratio dicitur, licet in contrariam sententiam peronatis Dd, descendere pedibus.

III.

An laudans aliquem quasi solvendo sit, fidejussoria obligatione teneatur, probabiliter dubitatur: Negamus nisi fraudulentum convincatur elogij.

IV.

Vtrum is, qui interventu juramenti fidejuben-

B 2 do se

do se obligavit, juris exceptionibus uti possit, inter
Dd. acriter disceptatur. Nos etsi affirmativa stricto
iuri fortasse magis consona sit; contrariam tamen
sententiam non minus tutiorem, quàm commu-
nem esse arbitramur.

V.

Fideiussores in prima obligatione interposi-
tos datione novorum fidejussorum etiam post tem-
pus solutioni destinatum, neutiquam liberari cre-
dimus, nisi expressa accesserit novatio.

VI.

An sententia lata contra principalem sine no-
vo processu adversus fideiussorem executioni man-
dari possit, in disquisitionem venit, nos cum rece-
pta illa distinctione inter fideiussorem iudicii, &
contractus respondendum putamus.

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







DISPUTATIONIS VII.
libri 3. Institutionum
DE FIDEIVSSORVM OBLIGATIONIBVS EORVNDemQVE LEGITIMIS EXCEPTIONIB.
Ex titulo 21. d. lib. 3. Inst. & conium-
etis D. C. & N. textibus descripta,
ASSERTIONES LEGALES,
QVAS
DIVINO AFFVLGENTE NUMINE
P R A E S I D E
Nobilissimo, Clarissimo, Consultissimoq; Viro
D. N. ARNOLDO DE REYGER,
I. V. D. ET IN ILLVSTRI ACADEMIA SALANA P. Publi.
Disquirendas proponit, & pro viribus defen-
dendas suscipit
MAVRITIVS MVLLERVS
Esfeldensis Fr.
Horâ locoq;e solitis.
I E N A E
Ex typographéo Tobia Steinmanni.
ANNO MDCCXCV.